

SVNNO BRANDENBURGENSIVM CONDITOR.



SVnno filius fuit Richmeri regis Francorum. Is magna corporis & animi uirtute præditus suū nomen apud posteros propagare, & nouam terrā occupare statuit. Itaq; magno exercitu apud Germanos, Saxones, & Thuringos collecto, uersus Se ptentrionem profectus est. In eo loco Vandulos et Gothos superauit, atq; in eorum finibus colonias constituit, ut Germaniam ab exterarum gentium incursione arceret. Ea regio postea Marchio Brandenburgensis dicta fuit. Hisce rebus cōfectis, Sunno eius regionis dux constitutus est. Itaq; res multas memorabiles gessit, atq; Barbaros fortiter sua ditiōe repressit. factum est id anno Christi circiter centesimo decimo. Tādem cum per uiginti annos præfuisset, obiit, & Clodomerum filium in ihs locis principem reliquit. Joan. Funck. in Chron,